

tamen cum sit irregularis, removeri debet ab omni Altaris ministerio, ut in cap. Presbiterum supra eodem. Rursus etiam textus ponit casum in Subdiacono, tamen factum narrat, unde idem intelligas in alio Clerico, secundum Joan. Andr. in prin. & Card. in fine, imò & laico ut per Abb. num. 1. & Mar. Socin. n. 7.

Nunc delecta primò hanc regulam, ut procedat si causa sit propinqua veluti quia consilium præceptum vel opem quis dedit ut alter occideretur, c. Si quis viduam 50. dist. 1. c. Henricus ad fin. de Cler. pugn. in duello, c. sicut dignum, §. fin. & cap. proximo supra eodem, vel hoc suggessit, ut in dicto cap. sicut dignum, §. Qui verò secundum gloriam hic, Holtienem in principio & Batrium n. 3. Quod latius explicat Innoc. in c. Ad audientiam num. 1. & seqq. infra eod.

8 Neque hoc casu distinguitur an quis det operam rei illicitæ necne, sed indistinctè ex causa proxima incurrit irregularitatem secundum Innoc. in d. c. Ad audientiam, n. 1. vers. Tamen semper sit irregularis, etiam cum merito, ut patet in iudice qui protulit sententiam sanguinis, si exinde secuta sit mors, c. 1. §. 1. dist. 1. c. His de quibus 23. q. ult. c. Clerici & c. Sententiam Ne Cler. vel Monach. & notatur in c. Inter opera de spons. & per D. Thom. in 2. a. q. 4. art. 2. in corp. & ad quartum.

10 Item non distinguitur, an huiusmodi causam proximam spontè quis dederit, an adactus ut in d. c. 1. §. 1. dist. hic. Quidam parentes potestatis quas sibi sunt imperata fecerunt. Et patet in telle qui iussu à iudice deposuit in causa capitali, ut in d. c. Sententiam, ne cler. vel Monach. Innoc. ubi supra, num. 7. Specul. in tit. de disp. §. 4. num. 9. vers. Item litigiosus, Cravet. conf. 2. n. 1. Clar. in practi crim. §. fin. q. 24. n. 8. vers. Uterius quæro. Navar. in man. c. 17. n. 23.

11 Ratio est, quia lex promotionis magis respicit ad factum quam ad voluntatem, ut in c. 15. q. ult. & notat Archid. in cap. Si Evangelica, numero sexto & hic etiam Præpositus numero 55. dist. Holtienis & Doctores in cap. significasti, il secundo infra eodem. Mar. Soc. in cap. prox. num. 230. & seq.

12 Sin autem causa sit remota, glossa hic tenet non incurri irregularitatem, arg. l. Qui domum habebat, ff. Locati & c. Exhibita infra eodem, nisi ejusmodi causam quis dederit animo nocendi, aut non adhibita diligentia quæ debuit, aut non adhibere, ad quod allegat c. Presbiterum in fine supra eodem & l. Si quis necandi, cod. ad l. Cornel. de Sicar. & cum glossa videtur hic transire Abbas antiquus & Arton. de Butt. u. 4. Verum Holt. hic in fine dicit in d. c. Presbiterum, non fuisse causam remotam imò propinquam, coherentem; & idem idem juris esse argum. leg. Quæ Religiosi, ff. de rei vendic. & sequuntur Joannes Andreas n. 4. Card. n. 2. in 1. oppos. Petrus de Anchar. in fine, Abbas n. 3. in fin. & Mar. Soc. n. 8.

Tu verò distingue duos casus. Primus est cum causa remota nullo modo est ordinata ad homicidium; & hoc primo casu manifestum est ex causa huiusmodi nullam contrahi irregularitatem. & ita procedit textus in d. c. Exhibita infra eodem & in d. l. Qui domum habebat, ff. Locati (Neque, ut inquit Holt. hic n. 1. Faber qui fecit cultellum ex eo solo quod fecit eum est in culpa, si cum ipso homicidium committatur; & sic non nocet causa remota.) Consimile exemplum ponit hic Abbas n. 3. videlicet. (Feci fenestram in domo, aliquis ultrò se ex ea præcipitavit, tunc enim ego sum in aliqua culpa, sed causa propinqua fuit fatuitas illius se præcipitantis.) Et sequitur Mar. Soc. n. 9. qui ad hoc plures remissiones dedit in c. Presbiterum supra eodem. Alia exempla habes in cap. De occidendi, vers. Undè nec reus 23. quaestione quinta.

Procedit autem hæc conclusio etiam si quis præbit huiusmodi causam remotam & omnino per accidens daret operam rei illicitæ, nam nihilominus ex ea non efficitur irregularitas, textus est in d. c. Exhib. inf. eod. & propterea qui fecit taxillos ad ludendum, non incidit in irregularitatem ex eo quòd convenientes ad ludum se interfecerint, nam etiam secundum communem opinionem ars faciendi taxillos sit prohibita, tamen non est ad homicidium ordinata, ut per Mar. Soc. in c. prox. n. 237. vers. Secus autem si non esset ordinata, infra eod.

Et eodem modo irregularis est puer qui turgidam vesicam porcinam frangens, in causa fuit ut mulier prægnans terrore abortiretur, ut post Abbatem tenet Silvester in verbo homicidium 3. n. 14. licet contrarium videatur sentire Innoc. Abb. antiq. & Vincen. & minis bene fecundum Silvestrum. Idemque patet ex subjectis declarationibus Sacre Congregationis Concilii. Nam Petrus Presbiter Pamplionensis cum audisset Martinum laicum cum quadam muliere soluta ipsius Oratoris ex fratre nepote solere carnaliter committere & quidam nocte domum eius ingressum esse & cum illa commorari, armatus ipse aliterque consanguineis armatis committitur ad dictam domum dicte neptis accessit eà intentione, sicuti asserbat ut eodem

Martinum compelleret, contrahere cum ea Matrimonium, non autem ut eum occideret. Verum simul ut Martinus audiret fores pulsari, se in arcam dicte domus à fenestra projecit ac statim exanimatus est. Quævis Petrus an propterea contraxisset irregularitatem. Die 19. Novembris 1601. Sacra Congregatio cum undecim Cardinalibus interfuerunt, censuit Petrum prædictum secundum ea que proponebantur, non incidisse in irregularitatem. Et postea cum quidam Presbiter Oriolen. Diocesis noctu ad mulierem conjugatam accessisset, ab ipsa de viri absentia edoctus & cumque vir ipse causa superveniens uxorem necasset, dubitavit idem Presbiter non incidisset propterea in irregularitatem. Die 31. Julii 1610. Sacra Congregatio respondit uti prius censuerat, prævià diligenti discussione, adulterum ob mortem adulteræ, à marito, propter adulterium inlicitum, non esse irregularem.

His planè casibus etiam prædicti darent operam rei illicitæ quia tamen causa remota quam homicidio præterierunt, nullatenus fuit ordinata ad causatum, sed fuit omnino per accidens, declarati fuerunt immunes ab irregularitate.

Secundus casus est cum causa remota est verisimiliter ordinata ad causatum, ita ut propter ipsam ordinationem & consequentiam causati præstans causam ipsam remotam videatur habuisse animum ad causatum. Et hoc casu, qui præbit causam, tenetur, ut per Marian. Socin. hic num. 9. Ego verò intelligo hoc procedere si præbens huiusmodi causam daret operam rei illicitæ, vel animo nocendi hoc fecit, aut diligentiam non adhibuit quam potuit, adhibere; aliàs secus, ut in cap. Continetur supra eod. & infra in cap. prox. l. Si putatur ff. ad l. Aquil. Ita Regid. Bellem. conf. 14. Fatuum est tale, per tot. & præfert. n. 3. vers. In oppositum: ubi notabiliter consultit Episcopum Avenionensem, qui proposuit Ludovico Francorum Regi enormia quædam factiora in ejus ditione perpetrata & inlicita pro remedio opportuno, nullam contraxisse irregularitatem, licet alii submissi & alii mutilati fuerint: motus hoc principali fundamento, quia danti operam rei licite non imputatur damnatum, maxime si non valeat de negligentia deprehendi, ut cap. De occidendi, 23. quaest. 5. secundum Bernard. & Holtien. in cap. Sicut dignum, supra eodem, & Henric. hic

Et idem si non adhibet diligentiam, quam potest, si causam proximam non dederit, ut l. Qui domum debebat, ff. Locati: at Episcopus hoc egit principaliter pro redemptione captivorum, & sic dabit operam rei licite, nec dedit, causam proximam; sed Rex & illius ministri. Sic etiam videmus Prælati, vel Clerici quibuscumque qui de laicis suis malefactoribus querelam penes seculares iudices deponentes petunt emendam sibi fieri & provideri ne contra eos talia de cætero presumentur, imputari non debere si protestentur expressè se ad vindictam, seu pœnam sanguinis non intendere, licet malefactoribus iudex mortem intulerit iustitia exigente, ut est casus in cap. Prælati, de homicid. lib. 6. Et quamvis Joan. Andr. ibi dixerit Clericum cautè facere si potius dicat, conqueror, quam accuso; & sic se verentur verba dict. cap. Prælati; tamen putarem non fieri irregularem licet dicat accuso, nam & querela inofficiosi testamento dicitur accusatio, l. Parentibus & l. In arcam Cod. de inoffic. testam. & sequitur post Abb. Socin. in c. prox. infra eodem num. 256. Sicut non imputatur Judici Ecclesiastico qui Clericum actualiter degradatum tradit Curie seculari si protestetur ad præscriptum, cap. Novimus infra de verborum significatione. Similiter Episcopus, seu quicumque alius Prælati vel Clerici jurisdictionem obtinens temporalem, si homicidium aut alio maleficio ab aliquibus in jurisdictione sua commissio Balivo suo aut alii cuiuscumque injungat ut veritatem inquirens iustitiam exequatur irregularis non efficitur licet pœna sanguinis inferatur, ut est text. in cap. Episcopus & Ne Cler. vel Monach. lib. 6.

His enim casibus & aliis consimilibus qui adduci possent, quamvis præstans causam remotam intelligere possint aut debeant, futurum esse ut inde mors sequatur; excusantur tamen ab irregularitate, quia dant operam rei licite & eorum officio incumbunt. Undè nec Princeps qui legem condidit mortis, efficitur irregularis si legis autoritate aliqui ultimo supplicio affecti fuerint, quia in personam certam non animadvertit nec in Constitutionem suam voluit aliquem incidere, sed eam tantummodo promulgavit propter bonum & licitum, ut homines à maleficio detererent, ita Archid. in c. Officia, n. 1. 23. q. 5. & Joan. Andr. in c. 1. n. 5. in glossa 1. infra de Sagittar. Quod multò magis habet locum in Papa qui non potest Canonice irregularitatem incurere, cap. proposuit, supra de concess. qui & alii super hoc medetur, ut patet ex notatis in c. Sunt supra eodem; & infra in cap. postulasti; & tradit Joannes Andreas loc. cit. Verum si Clerici emendam peterent, aut reum Curie seculari traderent non præmissa protestatione, utique irregularitatem non evaderent, ut in iuribus civitatibus; & utrobique notat DD. Et eodem

13

14

15

16

17

18

19

20

23 eodem modo querit sic Collectar. ut prin. si aliquis obtinuerit à Principe iudicaturam & causas commiserit in genere, quia à se totam jurisdictionem abdicare non potest an committens sit irregularis, si Commissarius ad mortem, vel mutilationem condemnent; & concludit esse irregularem, cum sit causa & occasio; quia hoc potuit prævidere. Nec obstat secundum eum cap. Episcopus, Ne cler. vel Monach. lib. 6. quia hoc faciunt Prælati ex necessitate sui officii; & ideo Papa ibi eos excusare potest. Alias idem esse iudicium de Prælati & aliis ut legitur & notatur in cap. Ex litteris de excess. Prælat. Idem si Princeps causam Clerico commiserit, qui alicui re integra in totum vicis suas committeret, propter eandem rationem, ut hic per Collect. post Guillelm. de Monte Laudano in tract. fas de Sacramen. & idem dicendum si Episcopus committat Clerico, ut vice sua eligat Balivum, vel iudicem, vel speciale iustitiarium & iustitiarium à Clerico electus condemnat ad mortem secuto effectu: nam Clerico irregularitatem incurrit; & in hoc residet Joan. Andr. in dict. cap. Episcopus, quia talis voluntas hoc facit, non autem ex officio; & tota illa Decretalis loquitur de eo, cuius est iudicium, licet Collectar. hic in fin. dicit hoc magis mirandum esse, cum hic Clericus non faciat nisi quod Episcopus esset factorus: quid enim potest illi imputari, maxime si eosus fuit à suo Prælato: quare in præcepto concludit secus cap. Stent, 7. quaest. 1. & cap. Quod quis, de regul. jur. lib. 6.

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

ut non procedat in eo, qui alicui consilium ut indubitate morti se exponat pro nomine, sive honore Christi, vel pro fide, aut pro statu Ecclesiæ: non enim sit irregularis, licet exinde sequatur mors; & sic dederit causam proximam homicidio, cap. Sunt quidam, 25. quaest. 1. cap. Non solum & cap. seq. 11. quaest. 3. cum Christus mortem pro nobis subierit, cap. Cum Redemptor, 12. quaest. 1. cap. Pro humani, de homicid. lib. 6. ita Innoc. in cap. Ad audientiam num. 6. vers. Sed etsi consulat, infra eod. Archid. in summa, 23. quaest. 8. num. 4. Sed si et consulat. Et hæc ratione excusari possunt ab irregularitate Inquisitores hereticæ prævitiis pronunciantes aliquem hæreticæ, licet sciant eum propter hoc morti tradendum; & hoc etiam aliis multipliciter procedunt; ad hoc cap. Legi, 23. quaest. 8. & cap. Si audieris, 23. quaest. 5. secundum Archid. ubi supra vers. Hæc etiam ratione & Specul. in tit. de legat. §. Juxta vers. Porro.

Declarat tertiò eandem regulam ut procedat in simplici irregularitate, non autem in ea que contrahitur ex homicidio voluntario & est indispensabilis, ut in decreto Conc. Trid. cap. 7. sess. 14. ad hæc enim in dicendum non sufficit indistinctè causam proximam dedisse homicidio, sed oportet ut homicidium sit in se volitum, ut fuit probatum in cap. prox. supra eodem, in quaest. an mandas committi homicidium in persona unius, si legatur in persona alterius sit irregularis ex homicidio voluntario; numer. 53. ubique in finem.

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

DE HOMICIDIO

Clemens III.

CAPUT XII.

AD audientiam Apostolorum nostri pervenit, quòd cum quidam Presbiter volens corrigere quemdam de familia sua cingulo, quo cingi solebat, ipsum verberare tentasset: contigit, quòd cultellus de vagina, quæ cingulo adhærebat elapsus, eum in dorso aliquantum vulneravit, postmodum verò cum ille vulneratus aliquandiu vivisset & convalesceret à vulnere, alia graviore (ut dicitur) infirmitate percussus, vjam est universæ carnis ingressus. Quia verò utrùm occasione vulneris decessisset, dubium habetur, vestræ discretioni duximus respondendum, quòd cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, vos convenit conjungere Presbitero memorato, ut in sacris ordinibus non minuitur: injuncta tamen penitentia competenti, ipsi poteritis concedere, ut minoribus ordinibus sit contentus. Si verò ille ex aia infirmitate obierit poterit, (sicut erat solitus) divina officia ministrare.

SUMMARIUM.

- 1 Homicidium casuale imputatur ei, qui dabit operam rei licite si non adhibuit diligentiam, quam debuit.
2 Dubitans an sit irregularis dabit tutiorem partem eligere & abstinere à Ministerio Altaris.
3 Irregularitas in foro contentioso in dubio non est præsumenda.
4 Secus in foro penitentiali vel quasi penitentiali.
5 Dubius tenetur tutiorem partem eligere in omni materia in qua subest periculum salutis æternæ.
6 Dubia contra seipsum in deteriorem partem sunt interpretanda: secus contra proximum.
7 Regula de tutiori parte in dubio eligenda à recentioribus Theologis multipliciter oppugnatur.
8 Clerico licet propriam familiam corrigere etiam moderatè verberando, nec casus mortis inde contingens illi imputatur.
9 Virgii & Ioris verberari quis potest & custodia causa in vinculis poni.
10 Correctio debet esse levis & moderata.
11 Servitia nimia adscribitur culpa.
12 Castigatio levis dicitur si fiat cum molli cingulo.
13 Castigatio an sit moderata necne, Judicis arbitrio relinquitur. Fagnon. in V. Lib. Decretal.

- 14 Castigatio levis in robusto potest esse gravis in debili vel infirmo.
15 Castigatio dicitur levis, aut gravis ex genere instrumenti.
16 Item ex parte corporis in qua quis percutitur. Magister vel Dominus baculo percussus caput dicitur esse in culpa; secus si manum dando palmatum videret.
17 Irregularitas ex homicidio vel mutilatione in quibus casibus contrahatur. Et infra per discursum ubique id finem.
18 Irregularitas ex homicidio vel mutilatione est in duplici differentia.
19 Irregularitas ex homicidio casuale contrahitur ab eo qui dabit operam rei illicitæ.
20 Clericus qui venando telum in feram misit & hominem occidit, irregularis est, etiam si omnem adhiberit diligentiam.
21 Clericus qui porcos ex agro pulsurus projecit lapidem & puerum necavit, non est irregularis.
22 Projiciens aliquid per locum insolatum, non tenetur clamare.

SUMMARIUM.

- 1 Irregularis censetur percussus, de cuius vulnere an fuerit letale, nec ne, sciri non potest, si percussus ab eo, vel aliis occisus extiterit.
- 2 Lex promotionis consistat non solum in promotione ad Ordinem, sed etiam in Ordinis executione.

3 Pars tutoris in dubio est tenenda etiam extra materiam irregularitatis.

Significasti il secundo. Irregularis censetur, qui alium letaliter percussit, licet ab aliis fuerit extinctus: idem si non apparet, an letaliter, si etiam percussus ab aliis obiit & non apparet ex cuius vulnere decesserit: idem est si non percussit letaliter, si animum occidendi habuit & ex aliorum vulneribus percussus expiravit. Hoc dicit notabiliter secundum Abbatem. Sed Joan. Andr. cum quo ceteri concordant, summat sic. Quoad legem promotionis habetur percussus ut homicida, de cuius vulnere an fuerit letale, vel non potest, si percussus ab eo, vel ab aliis occisus extiterit. Communis divisio, secunda ibi, Nos in premissa: que distinguit & primum membrum prosequitur, ibi, & quidem; secundum ibi, quod si. Addit Joan. Andr. se ideo dixisse de lege promotionis, quia lex illa consistat non solum in promotione ad Ordinem, sed etiam in Ordinis executione, ad quem quis jam est promotus & quod impedit secundum, fortius primum, ut cap. Quomodo ad de iurejur.

In textu ibi, quoad si discerni non possit. Nota cum vertitur in dubium an ex homicidio fuerit contracta irregularitas vel non, debere quem reputare se irregularem & abstinere a ministerio Altaris, quamvis revera homicidium non commiserit, ut in littera. Et pondera rationem in decisione expressam, ibi: cum cessare sit tutius, quam temerè celebrare, pro eo quod in altero nullum in reliquo verò magnum periculum timeatur. Que ratio periculi tanquam generalis & expressa in littera ostendit dispositionem specialem ad omnes materias, in quibus illa ratio viget, ut est ca-

sus in l. Regula, §. final. ubi Bartol & Bald. notat ut, ff. de Irreg. & fact. ignor. Et quamvis textus proponat questionem de Presbitero irregulari, ex vulnere illato & homicidia subsecuto: tamen hoc ideo facit, quia casus ita contingit in facto, sicut moris est in Decretalibus. Sed non propterea arctare voluit regulam de tutori parte in dubio eligenda ad solam materiam irregularitatis: nam si hoc facere voluisset, potius debuisset dicere hoc statutum fuisse in odium homicidii & specialem indecentiam exercendi Ordines cum dubio irregularitatis. Quod tamen non fecit, imò fundavit decisionem in illo universalis principio, quod inter duo extrema in dubio illud sit eligendum, in quo nullum timeretur periculum. Undè iure optimo ex hoc textu generalem regulam, quod in dubiis sequi debeamus partem tutiorem, eliciunt Hostien. num. 9 10. & 15. in fine & Marian. Socin. num. 4. & in cap. Ad audientiam, supra eodem, idem Hostien. num. 3. & in fin. num. 4. Butr. num. 2. Abb. eodem num. vers. Aut agitur in foro penitentiali, Joan. de Anan. num. 2. vers. Aut agitur, Marian. Socin. num. 4. 18. 19. & 20. & Felin. Quod est contra modernos Theologos, qui dicunt præceptum hoc de tutori parte eligenda non habere locum nisi in dubio irregularitatis, quorum sententiam latius confutavimus in repetitione cap. Ne in iustis num. 140. supra de Constat. ubi etiam tollantur aliz oppositiones nostro iureculo subtiliter excogitate ad hanc regulam evitandam à num. 171. usque ad num. 225.

DE HOMICIDIO

Idem Innocentius III.

CAPUT XIX.

Tua nos duxit fraternitas consulendos: & infra. Quævis quid sit de quodam Monacho sciendum, qui credens se quamdam mulierem à gutturis tumore curare, ut Chirurgus cum ferro tumorem illum aperuit, & cum tumor aliquantulum resedisset, ipse mulieri præcepit, ne se vento exponeret ullo modo, ne forte ventus subintrans gutturis apertionem, sibi causam mortis auferret; sed mulier [ejus mandato contempto] dum menses colligeret, vento se exposuit incautè, & sic per apertionem gutturis sanguis multus effluxit, & mulier diem ultimum sic finivit; utrum, videlicet cum prædictus Monachus sit sacerdos, liceat ei sacerdotalia officium exercere? Nos igitur fraternitati tuæ respondemus, quòd licet ipse Monachus multum deliquerit alienum officium usurpando, quod sibi minimè congruebat, si tamen causa pietatis & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio Chirurgiæ, omnemque studuit, quam debuit diligentiam adhibere, non est ex eo quod per culpam mulieris contra consilium ejus accidit, aded reprobandum, quod non post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit, ut divina valeat celebrare, alioquin interdicenda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.

Ad ultimum fuit ex parte tua propositum, quod quidam scholaris metuens, ne latrones in hospicio suo essent, de strato consurgens, reperit ibi furem, qui non solum ipsum scholarum prostravit ad terram, sed penè ad mortem vulneravit eundem: & infra. Manè itaque scholarum latronem quæviserunt eundem, quem vulneratum inventum, Potestati Vincentiæ tradiderunt, coram quo constanter negavit, quòd præmissa minimè perpetravit. Undè præfatus potestas ad eundem scholarum nuntios destinavit

De Homicidio, c. Petitio.

destinavit, ut exponeret si qua sciret de fure prædicto vel traderet interfignia, qui eundem, quem ipsi latroni obtulerat, & forulares ab eodem in ipsius domo dimissos, quos abstraxerat, ne pedum strepitus audiretur, nuntiis tradidit memoratis, super eodem facto se nihil amplius intromitens. Potestas igitur receptis talibus interfignis, latronem ipsum apparitoribus suis tradidit puniendum, qui ipsi amputaverunt virilia, & oculos eruerunt: Latro verò ira & dolore commotus, nec potum sumpsit, nec cibum, & sic de medio est sublatus. Undè per nostrum oraculum postulas edoceri, utrum præfatus scholaris ad sacros valeat ordines promoveri? Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si præfatus scholaris dignis meritis adjuvatur, propter præscriptum eventum, à susceptione sacrorum ordinum nullatenus est arcendus.

SUMMARIUM.

- 1 Religiosus Chirurgiam exercens, si ex ea mors sequatur irregularis est.
 - 2 Irregularis non est qui iudici seculari dedit interfignia furis, à quo fuit vulneratus.
- T**ua nos. Monachus Chirurgiam exercens, si ex ea mors sequatur, irregularis est etiam si peritus & diligens & hoc fecerit pietatis causa; sed cum eo post satisfactionem misericorditer dispensari potest. Hoc primo. Qui iudici seculari dedit interfignia furis, à quo fuit vulneratus, irregularis non est, licet ille postmodum occidatur. Hoc dicit

secundò Joan. Andr. Butr. Cardin. Ancharan. Abb. Joan. de Anan. & Marian. Socin. secunda pars, ibi, ad ultimum & subditio patet, secunda ibi, Nos igitur. Pro intelligentia hujus Decretalis vide quòd dicit in c. ad audientiam, num. 38. 40. & 41. sup. eod.

DE HOMICIDIO

Honorius III. Pelagio Presbitero.

CAPUT XXIV.

Petitio tua nobis exhibita continebat, quod cum inimici Dominicæ Crucis, ac blasphemii nomini Christianis, caltrum quoddam, in quo morabaris, graviter invasisent, ex euntibus indè habitatoribus, tam clericis, quam laicis contra eos, ac invicem confligentibus, hinc indè occisi quàmplurimi extiterunt: Undè cum pro eo, quod aliquos percussisti, irregularitatem metuas incurrisse, Mandamus quatenus si de interfectione cujusquam in illo conflictu tua conscientia te morderet, à ministerio altaris ablineas reverenter, cum sit consultius in hujusmodi dubio abstinere, quàm temerè celebrare.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus pugnans etiam contra Saracenos, irregularis est, si aliquem illorum occidit & in dubio abstinerebit.
- 2 Irregularitas, an contrahatur ex homicidio vel mutilatione pro necessaria defensione patriæ vel parentum, ibi. & n. seq. usque in fin.
- 3 Clerici in bello iusto possunt adesse & adhortari, sed non propriâ manu pugnare.
- 4 Clerici in bello iusto possunt deferre arma defensiva tantum.
- 5 Papa an possit Clericis concedere, ut ipsi manu propriâ possint hominem occidere.
- 6 Irregularitas ex occasione vel mutilatione ad sui defensionem quando incurritur, ibi.
- 7 Necessitas inevitabilis ad evitandam irregularitatem quando dicitur.
- 8 Clericum interficere ob necessariam proximis defensionem non est excommunicatum.
- 9 Irregularitas contrahitur etiam ex merito.
- 10 Excommunicatio non incurritur sine peccato mortali.
- 11 Patria & parentum defensio est de jure natura.
- 12 Irregularitas contrahitur ex homicidio patrato ob necessariam honoris defensionem.
- 13 Fagnan. in V. Lib. Decretal.
- 10 Testes etiam coacti in causa criminali sunt irregulares, si indè sequatur mors aut mutilatio.
- 11 Irregularitas contrahitur ex sola presentia in homicidio ab aliis patrato in bello iniusto, secus si bellum sit iustum.
- 12 Intellectus, c. sicut dignum, §. fin. de homic.
- 13 Irregularis est Clericus qui in bello iniusto auxilium vel consilium dedit, vel culpabilis aut negligens fuit, si indè secuta sit mors ibi.
- 14 Irregularis non est qui interest bello iniusto ad incundam pacem, licet ex illius presentia robur accrescat suis & timor adversariis, dummodo abstinet dolus.
- 15 Clericus in bello iusto ex percussione etiam cum sanguinis effusione citra mortem non fit irregularis, licet per alios secuta fuerit mors.
- 16 Dispensari potest cum Ecclesiasticis irregularibus ex homicidio, ob necessariam patriam vel parentum defensionem. Tridentinum Concilium, c. 7. sess. 14. à regula dispensationem prohibentem excipiens homicidium ad sui defensionem comprehendit etiam homicidium ad defensionem parentum. Ibidem.

cidium secutum fuerit, esse quidem irregularem, quippe cum causam dederit homicidio, cap. De cetero, supra eod. Sed tamen hanc irregularitatem provere potius ex homicidio casuali, quam voluntario.

58 Quod probatur primò, nam casus eventientes ex aliquo opere præter operantis intentionem, vel ab eo non præcogitati, non sunt voluntarii, nisi indirectè & per accidens, ex S. Thom. in relect. Clement. Si quis ius, de homicid. 2. part. §. 4. n. 10. Reip. etiam mandatus homicidium secutum in aliam personam, quam ab eo nominatam, longè abfuit à sua intentione. Igitur quoad eum, homicidium non est voluntarium.

59 Secundò. Mandator non tenetur de re getta per mandatum, ubi scilicet illi fuit limites mandati observare, Covarr. 2. part. §. 1. num. 2. vers. Solet tamen, ubi inserto ut si quis alteri mandat ut percutiat Sempronium extra Prætorium & illi in Prætorio percutiat, mandator non tenetur de hac percussione, in qua percussus egressus est fines mandati.

60 Tertiò adducitur textus in cap. Quantum, 50. d. ff. ubi si aliquis equis furto subtrahit mulierem casu confecerit, non tenetur i. Cornelio de fidei. Et transitur ex illo textu, ut etiam quis det operam rei illicitæ, non tenetur de homicidio, quod casu contingit ita ut dolosum & voluntarium dicatur, licet tenetur de culpa, gloss. ibi in versu. Culpabilis.

61 Quartò, homicidium tunc demum imputatur danti operam rei illicitæ, quando actus ille est ordinatus de sui natura ad homicidium subsecutum. Ita procedit textus in cap. ult. de homicid. in 6. quo dicitur ut mandans aliquem vulnerari sit irregularis, si vulneratus intereat: erat enim vulnera directè ordinata in mortem illius & ille debuit cogitare hoc evenire posse, cum ut plurimum ex vulneribus mors sequatur, Franc. & ceteri in d. cap. ult. ut dixi supra n. 33. & latius in cap. De cetero, num. 12. & seq. sup. eod. Undè secus est in casu nostro ex quo mandatum ut Tutius occideretur, non erat de sui natura ordinatum ad homicidium alterius, nec frequenter solet evenire ut loco unius eius interficeretur. Cepoll. in terminis nostris in conf. 33. num. 19. vers. Nec obstat.

62 Quintò, in fortiori casu respondet Cepoll. d. conf. 33. cum quis intendens occidere Sempronium, occidit Caium; esse homicidium culpofum & non dolosum & per consequens non voluntarium, cum dolus ex voluntate & animo proficiscatur; & idèd hic infortis non potest puniri pœna mortis, aut corporali, sed tantum arbitraria pro modo culpæ.

Sextò, mors personæ præter intentionem mandantis illata non potest dici à mandante, nisi per accidens voluta, ut potè qui non hujus, sed Joannis solius intendebat mortem & dum famulo designavit Joannem occidendum, utique videtur tacite mandasse, ne alium quempiam necaret, argum. l. Cum Prator, ff. de Judic. cap. Nonne de præcipit. præsertim cum verteretur in delictis, & materia penalis, adeò ut non viderentur comphehenfi, nisi expressi, argum. l. Si Prator, ff. Qui in fraudem Creditorum, l. Creditor, §. Luctus, in fin. & l. Diligent, ff. mand.

Septimò, confirmatur prædicta conclusio per textum ad hoc notabilem in l. At Prator, §. Ita dicitur, & l. Si quis cum haberet, ff. Quæ fraud. cred. ubi qui animo fraudandi creditum testamento dat libertatem directam servo suo, nihil facit si verè creditor remanet lætus; si tunc modo me id fecisse animo fraudandi Tritium creditorem meum, & postea factum esse, ut dicta manumissi cesserit non in fraudem Tritii, cui solvi suum creditum, sed in damnium Mevii creditoris mei post testamentum meum causati.

63 Respondet Jurisconsultus rationem dicte libertatis non annullari. Ratio est inquit, quia ad hoc ut libertas rescindatur, utrumque in eadem persona exigatur, consilium inquam & evenus. Ergò & in casu nostro in quo ut dictum est in secunda suppositione, non fuisse ut mandatum quis dederit in injuriam & damnium Joannis, quando damnium non in personam Joannis, sed alterius subiectum est. Undè ex natura dictarum personarum incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario, non ex persona Joannis, quia ipse non fuit læsus; non ex persona tertii, quia in eum intentio non fuit directæ.

64 Octavò adducitur Plov. de irreg. reg. 27. ubi referendo Joan. de Deo decidit, ut si quis mandat capi unum ex tribus Clericis simul ambulantiibus & alius duos non gravari; sed mandataris fines mandati excedendo capiat alios duos utique mandans non sit excommunicatus. Ratio est, quia captura facta est contra ejus voluntatem & inde inserto à simili ad irregularitatem ex homicidio que non incurritur nisi homo actu occidatur; & sic non fuisse mandatarium occidere, nisi occidat quem mandans designavit.

Nonò ad idem adducitur Innoc. hic n. 8. & Joan. Andr. na. 3. vers. Quod si Titius, & Specul. in tit. de leg. seu

de disp. §. Juxta n. 43 ubi concludunt, si consulo tibi, ut talem tuum inimicum occidas; si dum aggredieris, tenet occideris; ego non sum irregularis, quia eum consilium fuerit malum, tamen non erat in mortem occisi. Ergò idem est in casu nostro.

Non obstat, quod Joan. Andr. in cap. fin. per illum textum in verb. Occidat, de homicid. lib. 6. Butr. & alii hic dicant imò hunc irregularem: Si quidem hoc ita asseruat, ut ostendant eundem ex homicidio casuali non autem ex homicidio voluntario irregularem esse; ajunt enim idèd esse irregularem, quia fuit in culpa & non prævidit quod poterat sequi.

Decimò, adducitur Angel. ad Bart. in l. Respicendum, 66 §. Delinquant, ff. de pœn. Nam cum Butr. hic dixerit, pœna ordinaria puniendum esse qui volens percutere Titium percussit Mevium; addit hic Angel. de Perus. jura adducta per Bart. id non probat & talem non teneri actione injuriarum, quia cessat intentio injuriandi, sed teneri, l. Aquilia, propter culpam & puniendum esse arbitrio Juristicorum de delicto casu commisso. Et cum Angelo tenent alii DD. Et quamvis sentiant aliqui cum Bart. tamen non probant homicidium fuisse voluntarium.

Postrimò adducitur Aretinus conf. 147. quem refert & sequitur Felin. in tra. quando conatus, col. 2. vers. Ex his, qui tenet statutum puniens homicidium voluntarium non comprehendere illum, qui animo occidendi armato pugno adversarium ita percussit, ut ceciderit in terram. Undè evenit ut cadendo alliserit ad petram, & ex dicta collisione exspiraret. Rationem adducit, nam cum statutum duo requirit, animum inquit occidendi & occasionem ex intentione secutam & hoc casu mortis secuta fuerit non ex facto per delinquentem electo, sed ex collisione prædicta non per ipsum electa, sed que casu accidit, statuti verba hunc non comprehendunt. Quæ ratio multo magis videtur contentire casu nostro ad probandum hunc mandatarium non posse dici irregularem ratione voluntariæ mortis tertii qui contra illius voluntatem fuit, non ab ipso mandante, sed per accidens loco alterius interfecit.

Nec obstat si dicatur errorem prædictum nihil immutare de culpa homicidii, nec de pœna irregularitatis cum veretur circa qualitatem que ad propositum nostrum sit imperitens, eo quod sive hic, sive ille homo occidatur, modo occidatur homo, semper eadem incurritur irregularitas ex doctrina D. Thomæ 1. 2. q. 76. art. 3. & hic Cajetan. adeò ut dictus error quoad prædictos effectus non causet involuntarium, nam argumentum procedit respectu ipsius mandatarii, qui non erravit in corpore occisi; imò in individuo eundemmet voluit interire & interemit, sed tantum erravit in qualitate imperitenti; de quo text. ad id notabilis in l. Eum qui, §. Si injuria, ff. de injur. hic, Si quis putet me Locutum Titium esse; cum sim Caius Senus, prævaleat quod principale est injuriam me mihi facere velle certus enim sum ego, licet hic putet me alium esse, quam sim. Serius autem esse respectu mandantis, qui non erravit in qualitate personæ, sed erravit in corpore; dum enim voluit ut una persona, unumve corpus occideretur, alia persona sine alio corpore in quod nullo modo mandans consenserat occisum fuit & sic ex quo mandans nullo modo voluit, ut illud corpus læderetur, non potest dici voluntariè in illud consensisse; idèd argum. ejus textus à cessante ratione inferat ut injuriarum actione neque ratione illius corporis læsi teneatur. Argumentum autem contrarium procederet, si mandans videret personam Seji amici, putansque eum esse Titium inimicum mandasset servo, ut dictam personam ad oculum defragratum occideret, quia tunc mandans voluntariè & directè consenserat in necem dicte personæ nec excusaretur ex eo quod ipse errasset in qualitate amici vel inimici eo quod dicta qualitas nec suggest, nec minuit homicidium nec reddat illud involuntarium. Et eodem modo responderet ad illud quod deduci solet ex gloss. cap. Si verò, in secundo de sent. excommunicum. videlicet qui volens percutere Titium Clericum percussit Seium itidem Clericum non evitat excommunicationem.

Pariter nec obstat textus in l. Scientiam, §. ult. ad l. 71 Aquil. hic, (sed si defendendi mei causa lapidem in adversarium miserò & non eum, sed prætereuntem percussero l. Aquil. tenebor:) nam præterquam quòd hoc exemplum in aliis terminis proponitur, quam sit casus, de quo dubitatur; estò dictus error non impediat quominus læsus, l. Aquilia repetat suum damnium; non tamen inde sequitur ut hic percussus fuerit voluntariè percussus; unde quavis percussus teneatur l. Aquilia ob negligentiam commissam, non tamen teneatur actione injuriarum. Præterea quatenus etiam injuria à percussente potest dici voluntariè illata ipsi percusso, non tamen potest dici processisse ex voluntate nec secundum voluntatem mandantis, qui non illud corpus, sed aliud iussit injuriosè percuti. Quòd si adhuc urgatur, Ca-

72 nones indivise irregularitatis pœnam non contra occidentes Seiam vel Titium, sed contra occidentes hominem quicumque ille sit, etiam si sit infidelis, c. Clericum qui paganus disp. 50. & dictum est supra n. 51. Et prout sufficere ut mandando voluerit hominem in genere occidi sicut & occisus fuit: Respondemus hic adesse fallaciam, nam cum mandat quis hominem in genere occidi, utique voluntate consensit in quodcumque individuum sub specie comprehensum. Undè quodcumque individuum occiditur, persona ab eodem mandante nolita dicitur occisa & ita eadem ad voluntarium homicidium imputabitur veluti si mandavero alicui. Accede ad talem risam & interfice adversarios; quia tunc voluntas mea complectitur singulas personas in dicta rixa existentes. At in casu nostro mandans determinavit voluntatem suam ad hanc personam particularem Joannem. Ergò si occidatur alia persona, non potest dici occisa persona à mandante intenta & voluta. Argumentum autem fortasse procederet, si Dominus dixisset famulo hæc vel similia verba. Quidam Joannes mihi intulit injuriam, vade, inquit de illo & repone mortem occide, quia tunc si famulus reperto homine Seio & credens illum esse Joannem eundem occidisset, fortè potest dici mortem Joannis aliquo modo ab

hero voluntariè intentam & perindè esse, ac si ipsemet mandans videret Seio, putansque eum esse Joannem, illamque personam in individuo ostendens famulo, eidem dixisset, occide talem personam, quia tunc ut dixi dictus herus consenserat voluntariè in occisionem talis corporis, quem hominem esse non ignorabat; unde irregularitatem ex homicidio voluntario incurrisset.

Non obstat doctrina Covarr. in Clem. unic. de homicid. part. 1. §. 1. n. 2. Nam illius rationes non videntur concludentes, eique videtur repugnare doctrina Navarri ejus Præceptoris in dicto capite 27. n. 240. Quomobrem videtur posse tunc responderi prædictum P. non incidisse in irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario.

Et hanc sententiam alias probavit Sacra Congregatio Concilii, nam proposito dubio an mandans committit homicidium in personam unius, si sequatur repugnare doctrina Navarri ejus intelligitur incidisse in irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, adeò ut super eo nec dispensari debeat juxta cap. 7. sess. 14. nec Episcopus possit ex cap. 6. sess. 14. quamvis homicidium occultum sit: Dico Januarii 1587. Sacra Congregatio censuit non incidisse in irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario.

DE HOMICIDIO

Innocentius III. Abbati S. Trinitatis de Meldenberg.

CAPUT XVIII.

71 Significasti nobis, quòd cum quidam maleficus ingressus Ecclesiam, Eucharistiam cum altarium ornamentis, & libris Ecclesiasticis extra Ecclesiam asportasset: L. Presbyter Ecclesiæ Canonicus regularis, præfatum iniquitatis filium, forsorior arrepto percussit, sed si ad mortem fuit ictus hujusmodi, tu & ipse penitus ignovisti; quem parochiani Ecclesiæ videntes ornamenta Ecclesiæ asportantem, arreptis gladiis & fustibus in eodem loco protinus occiderunt: & infra. Nos in præmissis casu credimus distinguendum, utrum constare possit, quòd præfatus sacerdos non inflixit percussione letalem, de qua, si aliorum non fuissent vulnera subsecuta, percussus minimè interisset, & si percussor voluntatem non habuerit occidendi, neque ipse studio, consilio vel mandato processerit alii contra illum. Et quidem si hoc ita se habet, (quod forsitan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset percussio ab eodem inflicta tam modica & tam levis, in ea corporis in qua quis de levi percuti non solet ad mortem, ut peritorum judicio medicorum talis percussio assereretur non fuisse letalis) cum de cæteris credendum sit ipsi, qui non accusatur vel denuntiatur ab aliquo, sed per seipsum consilium appetit salutare post pœnitentiam ad cautelam injunctam in sacerdotali poterit officio ministrare, maxime religionis accedente favore, cum sit Canonicus regularis, & sine omni scandalo poterit sacerdotale officium celebrare. Quòd si discerni non possit, ex cujus ictu percussus interit, in hoc dubio tanquam homicida debet haberi sacerdos, & si fortè homicida non sit, à sacerdotali officio abstinere debet, cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temerè celebrare, pro eo quòd in altero nullum, in reliquo verò magnuum periculum timeatur: & infra. Si verò (quemadmodum perhibetur) sacerdos iste, prius ab illo percussus sacrilego; mox eum cum ligone in capite repercutit, quamvis vim vi repellere, omnes leges, & omnia jura permittant, quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulstandam, non videtur idem sacerdos à pœna homicidii penitus excusari, tum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quòd cum grave sit, non solet levem plagam inferre, tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu quis letaliter solet lædi.

- 13 Clamantes submissa voce vel post casum contingentem, non excoisuntur.
- 14 Furius qui culpa propria incidit in furorem, an sit irregularis ex homicidio in furore commisso
- 15 Furius ex culpa sua puniendus est, sed mitiori pena et restituitur contraria opinio Monachi.
- 16 Furius quod facit ierinde est, ac si a quadrate vel regula per se cadente factum esset.
- 17 Mandans aliquem verberari, licet expressè inhibeat ne occidatur, irregularis est si mandataris occidat.
- 18 Consulens alicui factum machina vel balista aut expugnationem castri, an sit irregularis.
- 19 Afficiens eum ad aliquam interficiendam an et quando incurrit irregularitatem.
- 20 Irregularis non est qui casu interficit homicidio obique participatione, licet ex eius praesentia aliquid robur accretiverit aduersariis.
- 21 Irregularis efficitur insulmans animam Regis ad odium si inde sequatur mors.
- 22 Suggestere quid sit.
- 23 Irregularis non est praebens homicidio causam remotam, et ad homicidium non ordinatum etiam si daret operam rei illius et n. 61.
- 24 Culpa levissima an sufficiat ad irregularitatem contrahendam.
- 25 Irregularis est ex homicidio casuali, qui non adhibuit diligentiam quam debuit, licet daret operam rei licite.
- 26 Negligentia dissoluta proprie delum est et habetur pro conscientia.
- 27 Dormiens an et quando fiat irregularis ex homicidio in somnis commisso.
- 28 Chirurgus an sit irregularis, si ex aduisione vel inestione quam facit secuta fuerit mors vel mutilatio et n. 42.
- 29 Chirurgus ut sit immunis ab irregularitate qua requiruntur.
- 30 Urjum, opum vel leonem tenens si aliquem interficiat, an sit irregularis.
- 31 Clericus et campanili sursum trahens chordam campanae an sit irregularis, si fuerit funi assensus ceciderit et extraverit.
- 32 Irregularis efficitur causam praebens homicidio animo occidendi, licet aliud daret operam rei licite.
- 33 Fensuram faciens ea intentione ut alter se per eam praecipitaret, irregularis efficitur si mors sequatur.
- 34 Clericus se defendens in rixa an sit irregularis si superveniant inimici aduersariorum et aliquem interficiant.
- 35 Cautellum tenens in manu an sit irregularis si alter in

- em insulerit et vulnus lethale acceperit.
- 49 Clericus trahens officium forem etiam non pariat circa sanguinis effusionem, an sit irregularis si officium occidat vel mutilat.
- 50 Clericus expellens laicorum de Ecclesia, qui iustitia mediante suspensus est, an sit irregularis.
- 51 Irregularitas ex homicidio voluntario qualiter contrahatur.
- 52 Portus ligna ad comburendos haereticos, an indulgentiam consequatur, an sit irregularis.
- 53 Mandans committi homicidium in persona unius, si sequatur in personam alteram an sit irregularis ex homicidio voluntario, et n. seq. usque in fin.
- 54 Irregularis ex eodem facto unus esse potest ex homicidio vel voluntario, alter ex casuali.
- 55 Mandans aliquem perenti hinc ultra mortem aut casum leuiter in facie vulnerari, non est irregularis ex homicidio voluntario, si mandataris gladio interfecerit.
- 56 Irregularis non est qui omni conatu visus est occidere, sed non occidit.
- 57 Casus est in agente praeter intentionem.
- 58 Casus eventus est aliquo opere praeter operantis intentionem, non sunt voluntarii, nisi per accidentem.
- 59 Mandans perenti extra Praetorium, si percussio sequatur in Praetorio, non tenetur de percussione.
- 60 Fur qui equum subtrahit mulierem confregit, non tenetur lege Cornelia de Sicitatis.
- 61 Homicidium casuale tunc imputatur danti operam rei illicite, quando actus ille est ordinatus de sui natura ad homicidium subsecutum.
- 62 Homicidium culpam non dolens quando dicitur.
- 63 Consilium et euentus exigitur a iurisperito.
- 64 Mandans capi unum ex tribus Clericis et aliis duos non peritari, si mandataris captus unum ex duobus, mandans non est excommunicatus.
- 65 Irregularis an sit culpatus alicui homicidium, si ille dum aggritur, occidit.
- 66 Pena ordinaria an sit puniendus, qui volens percutere Titium, percussit Aluianum.
- 67 Percutens animo occidendi armato pugno, an consequatur homicidium voluntarius si percussus cadendo ex allusione ad petram obierit.
- 68 Error an excuset homicidium involuntarium.
- 69 Injuriam inferens Titio, quem putabat esse Caium, qua pena puniatur.
- 70 Mandans quando tenetur ex homicidio, si mandataris erraverit in persona occisi, et id.
- 71 Excommunicatus est qui volens percutere unum Clericum percussit alium.
- 72 Percutere volens Titium ac percussus Caium praeterintem, tenetur l. Aquilia.
- 73 Occidens hominem etiam infidelem est irregularis.

Ad audientiam. Homicidium casuale imputatur ei, qui dabit operam rei licite, si non adhibuit diligentiam, quam debuit. Hoc dicit secundum omnes Communis divisione. Secunda hic. Quia verò. Et haec dilinguit. Et secundum verbum hic, si verò.

Nota primo hic, quod cum in dubiis, eum qui dubitat an sit irregularis nec ne, debere tutiorem partem eligere, sequere irregularem altimare & abstinere a ministerio Altaris. Concordat c. Significasti, n. 1. secundo, et c. Petitis, infra eodem. Unde videtur inferri ut in dubio irregularis sit praesumendus. Quod tamen non ita generaliter accipiendum est, sed sub distinctione, de qua hic per Abb. n. 2. & Mar. Socin. n. 13. Nam aut agitur ad poenam imponendam propter irregularitatem in foro contentioso; & tunc in dubio quis debet potius iudicari non irregularis, quam e contra. Et ita loquitur Innocentius hic in fin. ab aliquibus peperam allegatus. At enim irregularitatem esse de iure positivo, ut notatur in capite. Nisi cum pridem, de renunc. Et idem non debet e aliquem in dubio reputari irregularem, quia poena sunt molliendae potius quam exasperanda c. Pena, de penit. dist. 1. Et sic loquitur Innocentius in cap. de penit. dist. 1. Et sic loquitur Innocentius in cap. de penit. dist. 1. Et ita etiam loquitur Speculator. r. de legat. §. Juxta vers. Quidam ego, et vers. Generaliter, & hic Joan. Andr. in aditione secundum Mariatum Socinum eodem. numer. 18. Aut agitur in foro penitentiali ad poenam reputari irregularis; quoniam in huiusmodi foro tutior pars est eligenda licet durius videatur. Et idem dicendum ubi agitur in foro quasi penitentiali, puta quia proprie non agitur ad poenam, sed ut qui abstinere a ministerio Altaris, quia debemus in tutiorem partem interpretari, ut clare probatur hic in d. c. Significasti et in c. penult. infra eodem. Procedit autem haec regula de tutiori parte in foro penitentiali vel quasi

penitentiali eligenda, non solum in irregularitate, ut hic & in iuris proximè citatis, verum etiam in omni materia in qua potest subesse peccatum, ut per Mar. Soc. hic n. 21. & in excommunicatione etiam textus in c. Illud de Cler. excom. In Baptismate in c. Parvuli de consec. dist. 4. In penitentiis in c. si quis postulat et c. seq. de penit. dist. 7. In Sacramento Ordinis in c. Veniens de verb. non bapt. In Matrimonio in c. Juvenis de spons. & generaliter ubiqueque agitur de precepto sub culpa mortali in clem. lxxvii, §. Item praeter re de verb. significasti. Rationem differentie inter utrumque forum egregie assignat Divus Thomas in 2. 2. q. 60. art. 4. Quia ubi non apparet manifesta indicia de malitia alicuius, debet unquamque cum ut bonum habere, in meliorem partem interpretanda quod dubium est, alioquin injuriatur ei & contemnit ipsum, nullas autem debet alium contemnere aut nonnamentum quodcumque inferre obique causa. At verò circa sensum homo debet dubia interpretari in peiorem partem secundum illud Job. 9. Verebatur omnia opera mea, eo quod cum debemus nostris malis adhibere remedia. expedit ad hoc ut securius remedia apponatur, ut supponatur id quod est deterius. Haec Sanctus Thomas. Idem voluit glossa in c. un. in verbo Resimare de ferat. quae conciliandi iura in articulo, an quis in dubio praesumatur culpabilis nec ne. (Hoc inquit, generale est, ut ubi vertitur periculum animae praesumatur in deteriorem partem.) c. Juvenis de spons. c. Prebiteri 68. dist. sed circa iudicia praesumitur potius iustum vel bonum quam e converso, c. si quis 86. dist. c. In curia 11. q. 3. c. Innocentius 22. q. 4. & l. ab ea parte, ff. de probat.

Verum insignem haec Sacrorum Canonum regulam de electione tutoris partis complures ex recentioribus Theologis ita extenuant, ut ferè ad nihilum redigere videantur, quidam enim affirmant electionem tutoris partis non esse in precepto, sed in consilio tantum, quidam dicunt eam habere locum tantummodo in dubio facti vel personae, non autem in dubio

De Homicidio, c. Ad audientiam.

juris, quidam in dubio iuris practico non autem speculativo, alii vero opinantur eam regulam esse restringendam ad limites huius Decretalis, ut non procedat nisi in materia irregularitatis, alii demum putant eam non habere locum in opinionibus, nam cum utrique sunt opiniones aequè probabiles, & una probabili & alia probabilior, contendunt licere unicuique eligere quaecumque opinionem, etiam omittà probabilior & tutior. Sed haec omnes opiniones uti improbabiles & minime conformes dispositioni Sacrorum Canonum, latissime confutavimus in tractatu nostro de opinione probabilis quem potuimus in c. Ne tentatis, supra de Constat. praesertim d. n. 44.

Secundò nota Clerico licitum esse propriam familiam corrigere etiam verberibus, nec casum mortis inde contingentem illi imputari, dummodo correctionis modum non exceperit, c. 1. et c. Cum voluitur de sent. excom. nam virgis & loribus verberari quis potest de custodia causa in vinculis poni, l. un. in princ. cod. de emend. seruo. Holt. hic n. 1. Sanctus Thomas in 2. 2. q. 69. art. 2. locus verò licet exceperit modum in corrigendo; & ita tenet hic textus secundum Abbatem a. 1. Correctio enim debet esse levis & moderata, ut l. sed est quaevisque, §. Si magister de l. seq. ff. ad leg. Aquil. quia levis castigatio reverentiam exhibet castiganti, nimia verò alperitas nec correctorem recipit nec salutem, ut legitur in c. Cum vestis 45. dist. Debet ergo esse admixta misericordia cum disciplina, c. Discipulum, ead. dist. cum saepe erga corrigendos plus agat benevolentia quam austeritas, plus exhortatio quam excoisunicatio, plus charitas quam potestas, c. licet et c. ead. dist. Concl. Trid. c. 1. sess. 13. unde non mirum si nimia levis alicuius culpa, ut d. §. Si magister.

Deiur autem levis castigatio si fiat cum singulo, ut notabiliter dicit glossa l. hic, quod verum dicit Joannes Andreas in glossa L. viter n. 7. si singulum erat molle, sed melius Mar. Soc. eximiat n. 3. hoc reprehendendum esse arbitrio iudicis, inspecta qualitate ejus qui corrigitur, videlicet an sit sanctus & robustus, an vero infirmus vel tenellus, nam castigatio quae levis esset in robusto, diceretur gravis in debili vel infirmo, ut probatur in l. Osa actioe, §. si quis servum, ff. ad l. Aquil. & hoc tenet Innocentius in c. Cùm in Magistrum de elect. & Archid. in c. 1. super glossam 23. q. 3. Similiter cenetur levis vel gravis castigatio ex genere instrumenti quo utitur quis ad castigandum secundum Mar. Soc. n. 5. non enim eadem ratio habenda esset ejus qui molli singulo ac ejus qui baculo uteretur, nec ea tenet illius qui percuteret virga ac ilius qui ferro aut malleo. Praesumitur enim in dolo qui castigat ferro, malleo, ligone vel cullelo, ut in c. Significasti, ad secundo infra eodem in fine, hic cum ratione instrumenti cum quo iste percussit, quo i. cum gravio sit, non solum levem plagam inferre & in l. 1. §. sed si clava; & sic per Jacobum de Aren. post glossam, ff. ad l. Cornel. de star. Rursum spectandum erit in qua parte comit Magister vel Dominus verberaverit, nam si in capite & inde mors sequeretur, non esset corrigens immunis ab irregularitate, ut in d. c. Significasti in fine hic, Tom ratiobus partem qua fuit ille percussus in qua de modico ictu quis lethalius laesisset. Declaratur irregularis Presbiter qui quemdam puerum ictu discipline percussit in capite, cum post paucos dies exspirasset. Secus verò si baculo verberaret manum dando palmatam, ut inquit Marian. Socin. ubi supra.

Demum temporis quoque rationem habendam esse putat idem Soc. n. 8. videlicet an sit salubere, an pestifer seu corruptus. Quibus omnibus pro se pepercit iudex arbitrabitur an correctio sit levis & moderata nec ne, quod etiam tenent Signoroli Honoratus conf. 63. Titus Calce n. 2. qui n. 6. et 7. conclusit Innocentium posse per coniecturas arbitrari an quis mo leuatum castigantis modum exceperit, ut si ferro & non ligno percussit, & si ligno quam acriter & dure & qua in parte percussit, & loquitur in marito qui calce uxorem percussit, sequitur Menoch. alios citans de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. casu 364.

De practica autem cognoscendi an Magister vel Dominus disciplinam vel famulum percussit animo disciplinandi & corrigendi, vide Bartholum consilio 103. Visti vestibus, per totum, libro primo ubi pluribus materiam explicat; & loquitur in Magistro, qui puerum cepit per aures & dedit ei albam.

Quomodo quibus casibus contrahatur irregularitas ex homicidio vel mutilatione.

Hanc materiam tractant hic Doctores per quaestiones nihil ferè ex conclusionibus deducentes, praeter Mar. Soc. seniore qui in hoc Decretali uberem tractationem inferuit de irregularitate magisterialiter explicans quid sit irregularitas, unde dicitur, quo iure sit introducenda, quot sint irregularitatis species, per quas personas incurrat, qua ratione fuerit instituta, qualiter & in quibus casibus & qualiter irregularitas contrahatur, qui sint irregularitatis effectus, quomodo contra irregularitatem formetur liberitas & qualiter irregularitas remoueat; & sic materiam copiosè & dilucide absolvit per decem

principales quaestiones ad quas poterit recurrere, ubi casus acciderint.

Ego verò stridè ad materiam huius Decretalis, omittà divisione quae habetur in c. si quis viduum 50. dist. & per glossam magnam in c. sicut dignum supra eodem. Distinguo irregularitatem in duo membra. Alia enim est irregularitas quae contrahitur ex homicidio non voluntario, sed casuali & praeter intentionem. Alia est quae contrahitur ex homicidio voluntario & per se intento & est indispensabilis, quam differentiam posuit Conc. Trid. in c. 7. sess. 14. et in c. 6. sess. 24. De alia enim specie irregularitatis quae ponitur in d. c. 7. et in d. c. si quis viduum, videlicet ex homicidio ad defensionem agemus in c. Significasti il secundo infra eodem. Circa primum membrum irregularitatis ex homicidio casuali contrahitur in tribus casibus quae sunt veluti tres regulae in materia irregularitatis ad quas sicut rivi ad fontem omnes casus particulares reduci possunt secundum glossam in cap. proximo in verbo causam dedisse supra eodem. Silveit. in verbo homicidium 2. n. 2.

Primo casus est, cum occidens vel mutilans factus pro- prio aut causam praebens homicidio vel mutilationem, dabit operam rei illicite; & hoc primo casu per regula constituitur, ut irregularis efficitur, licet homicidium vel mutilatio contingit fortuito & praeter eius intentionem & omnem adhibuerit diligentiam. Iura sunt clara in eo qui occidit manu propria, in cap. Continetur, supra eodem & infra, in cap. Petitis & in cap. De his clericis, 50. dist. Et de eo qui causam praebet homicidio, supra in cap. Superius, cum concord. Et hoc pro regula ponit Silveit. in verb. Homicidium, 2. n. 2. vers. Tertia regula.

Ratio est, quia est homicidium huiusmodi non sit voluntarium secundum se, quia voluntas directè in illud non fertur; tamen dicitur voluntarium secundum causam, quando voluntas fertur in causam, non in effectum ut docet sanctus Thomas in 1. 2. quæst. 77. art. 7. Et idem quoties culpa praecedat casum ordinatum ad illam culpam, etiam per casum qui efficitur irregularis, c. Prebiterum, et cap. Superius, supra eodem. Et hic cum multis similibus.

Itaque secundum hanc primam regulam ex iis qui facti proprio occidunt, vel mutilant, irregularis efficitur Clericus qui venando telum in feram mittit, & hominem interfecit iuxta terminos respiciendum, §. Delinquant, ff. de pen. etiam si omnem adhibuerit diligentiam, c. Hi qui arboris, 50. dist. Silveit. in verb. Homicidium, 2. n. 7. vers. Sexto. Quia dabit operam rei illicite, id est venationi, quae est Clericis interdicta c. 1. et 2. de cler. ven. Secus in Clerico, qui porcos ex agro pulsurus, lapidem jecit & omnem interfecit, nam cum daret operam rei licite, & perierit diligenter adhibuit circumspicendo, non fit irregularis, cap. Clerico, 50. dist. in fine Silveit. ubi supra vers. Quinto, & Abbat. in cap. Ex litteris, il secundo, infra eodem, ubi vult, ut proficiens aliquid ad locum insolitum & per quem quis transire non consuevit, non teneatur clamare, ut in l. Si putatur, ff. ad l. Aquilam, alias secus, et in c. fin. infra eod. dicit clamantes submissa voce vel post casum contingentem non exculari, sicut plerumque ruffici ducentes multos post impactionem clamant. Cave.

Rursum secundum hanc regulam irregularis est qui culpa sua incidit in furorem & demum furiosus exiens homicidium perpetravit, c. Si quis insanens, 15. quæst. 1. tenet Laudun. in Clem. un. hoc tit. intellige hoc procedere quando exiens sane mentis praecognoscebat futurum esse ut si certum quid comederet, in talem incideret furorem, ut nihil aliud quereret quam homines interficere, aut mutilare, idque experientia ipsa frequenter cognovit & tamen illud comedit, alias secus; & ita potest latvari glossa in summa, 15. quæst. 1. et in d. c. Si quis insanens, quae absolute dicit hunc non esse irregularem, prout contrarias opiniones Laud. & glossa conciliat hic Mar. Soc. n. 31.

Unde si illum, qui sua culpa incidit in furorem, esse quidem puniendum, sed poena mitiori scripsit Tiraquel. in tract. de pen. legum causa 2. n. 7. sic intelligens gloss. in cap. Sed hoc forte 13. quæst. 2. Archar. & Cardin. in Clem. 1. de homic. Socin. hic, licet de hoc levissimis fundamentis haesitaverit, Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 2. casu 325. n. 9. sentiens hunc non esse dignum aliqua poena quoniam si factus suo effectus esset furiosus, mentem alienatam habet ab eo, quod iam facere propofuerat. Quae ratio inepta est, quia est delictum non fit in se voluntarium est tamen voluntarium in sua causa & furiosus hoc casu non punitur ob culpam criminis ab eo commissi, sed propter ipsius furoris casum, in qua culpam habuit. Et propter circumstantiam homicidii, quae aggravat culpam ut dixi in c. Si constitit, n. 35. supra de accusat. Porro contraria opinio posset tantummodo admitti ubi nulla culpa praecedisset casum tunc enim infelicitas facti exculat, ut l. infans, vel furiosus, ff. ad l. Concl. de Sicut. & satis dicitur puniri

Petrus. Clericus pugnant etiam contra Saracenos irregularis est, si aliquem illorum occidit & in dubio abstinere debet. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Butr. Cardinal. & Anchar. vel secundum Abb. Clericus pugnando etiam contra inimicos fidei Catholicæ si quemquam percussit & de interfectione ipsum remodet conscientia, à ministerio Altaris abstinere debet. Communis divisio. Secunda ibi, Mandamus.

In Regno Portugaliæ quàm plurima loca maritima sunt subiecta Maurorum Saracorum & aliorum hæreticorum incursumibus & quandoque illis in ea irruentibus contingunt diversa damna & quandoque illis in ea irruentibus contingunt diversa damna & infortunia nempe viros & mulieres abduci, virgines deslorari, templa devastari & aliad generis mala.

Queritur, an flante evidente necessitate huiusmodi Ecclesiasticis pro patriæ & parentum defensione, quin etiam Ecclesiarum & Monasteriorum possint contra prædictos hæreticos arma capere & vim vi repellere absque irregularitatis incurfu.

Hanc questionem videtur decidere hæc Decretalis, ubi Honorius III. rescribit Pelagio Presbitero his verbis: Petito tua nobis exhibita continebat quòd cum inimici Dominiæ Crucis, ac Iherosolymis Christiani castrum quoddam in quo morabantur, graviter invaderent, exstantibus in hæbitatoribus, tam Clericis quàm laicis contra eos, ac invicem confistentibus, hinc inde occisi quàm plurimi extiterunt, unde cum pro eo quod aliquos percussisti irregularitatem metuat incurrisse, mandamus quatenus si de interfectione cuiusquam in illo conflictu tua conscientia te remordet à ministerio Altaris abstinere reverenter, cum sit consilium in huiusmodi dubio abstinere, quàm temere celebrare. Hic enim agitur de necessaria patriæ defensione cum hostes castrum graviter invaderent & tamen deciditur Pelagium Presbiterum esse irregularem si eum remordet conscientia quòd in conflictu aliquem interfecerit.

Ratio est, quia est Clerici alios possint hortari ad pugnam in bello iusto contra hostes, cap. Igitur, c. Hortatus cap. Omni timore, c. Ut pridem 25. quæst. ultim. c. Dominus, 23. quæst. 2. & cap. Adriani, dist. 63. in propria tamen persona pugnare non possunt, c. Quicumque & c. Clerici 23. quæst. ultim. quandoquidem eorum officium reddit eos inhabiles ad pugnandum, cap. Ex multa, ad finem, de voto gloss. hic in verb. Remordet.

Unde D. Thom. 2. 2. quæst. 40. art. secundum Dicens, inquit, quòd Presbiteri & Clerici ex auctoritate propria manu pugnant, sed ut iusti pugnantibus spiritualiter subveniunt ius exhortationibus & absolutionibus, sicut & in veteri lege mandabatur, Ioseph 6. quòd Sacerdotes sacris bacinis in bellis clangerent. Et ad hoc primò fuit concessum quòd Episcopi vel Clerici ad bella procederent, quòd autem aliqui propria manu pugnent, absolutionis est.

Et Butr. hic n. 4. Clerici hortari adesse possunt bellis hortando ad bellum iustum, sed non in propria persona pugnando, quia officium ad hoc eos inhabiles reddit, & licet quidam dicant Clericos in minoribus posse ferre arma, dicendum est contrarium, nisi causa defensionis ut clipeum vel lorica vel nisi ad terrorem, ut in oblatione. Hæc Butrius.

Ex Bald. conf. 439. Ad bellum iustum, volum. 5. Iner quinque requisiti ad hoc ut bellum sit iustum primo loco recitet ut persona sit secularis, non autem Ecclesiastica, cui pugnare non licet, nisi ob inevitabilem necessitatem & n. 2. duplicem reddit rationem secundum beatum Thomam (quia, inquit, hæc bellica & bellorum strepitus retrahit Clericos à laude Dei, oratione, & Divinis Officiis.) Secunda propter effusionem sanguinis, quia exemplo Christi debent potius pati suum sanguinem effundi, quam effundere alienum & propter hoc est institutum ut effundentes sanguinem sint irregulares, sicut scriptum est de David, Non edificabis mihi templum, quia vir sanguinis es, Hæc Bald. qui n. 4. amplius affirmat nec Papam posse Clericos concedere, ut ipsi manu propria possint hominem occidere. Quæ sententia satis etiam probatur in Clem. Si furioso, de homicid. ubi glossa excipitur ab incurfu irregularitatis ex multitudine, vel occisione qui mortem aliter vitare non valens suum occidit vel mutilat involvorem, ubi gloss. penult. ponderando illud verbum, suum. (hæc littera, inquit, innot fecit in illo, qui occidit volentem occidere patrem, filium, conjugem, vel personam conjunctam quam aliter juvare non poterat, quod verum pato quasi talis ille non includatur sub necessitate inevitabili:) quæ quidem glossa recipitur ferè ab omnibus, ut testatur Navar. cap. 17. num. 211. qui idem putat in casu, in quo quis deformat aliquem ob necessarium patriæ defensionem, ita ut nisi id faceret, civitas obesset capereret, idemque sentent Bann. 2. 2. qu. 4. num. 2. dub. 41. vers. In huius rei expositione & Cajet.

Non obstat quòd Abb. hic n. 2. videatur sentire hunc textum non habere locum si necessitas esset omnino inevitabilis, ait enim in 2. notab. licet ergo Clericus possit interficere ad defensionem suam, quando non potest aliter evitare mortem, ut in Clem. Si furiosus, de homicid. secus quando invaditur tota terra, quia per alios potest repelli injuria; unde tunc necessitas non est omnino inevitabilis.

Hoc inquam non obstat, quia Abb. tunc demum sentit necessitatem censeri inevitabilem, cum deficiunt laici, qui civitatem obessam custodiant, quo casu res non fervat in pacis terminis meræ defensionis patriæ, sed reducit ad terminos dict. Clem. Si furiosus, id est defensionis propriæ persone cuiusque Clerici, unde non mirum si irregularitas non incurritur, quòd bene declarat hæc Marius Socinus, notab. 1. dicens: (Nota primò, quòd Clericus est prohibitus pugnare etiam cum infidelibus non solum eos aut eorum terras invadendo, sed etiam proprias terras defendendo ab invasionibus infidelium, quòd intelligitur quando terra effect munita aliis hominibus, qui possent illam defendere, aliàs fecus si possent esse timor terræ & personarum,) & idem Socin. in cap. Ad audientiam, n. 277. sup. eod. ubi ait: (Si bellum sit iustum, dic quòd aut est necessarium pro defensione personarum aut rerum; si personarum, nullo modo efficitur irregularis & hoc casu etiam proprio facto committens homicidium non est irregularis) ergo non efficitur irregularis ille qui tenetur defendere si prestat auxilium; & in hunc sensum accipiendum est Covarr. dum loquitur de necessitate omnino inevitabili eversionis patriæ ab hostibus, in dicta Clem. Si furiosus, in 2. par. relect. §. 3. n. 2.

Rursus non obstat quòd Fortunius quem alii plures sequuntur in l. Ut vim, ff. de iust. & jur. col. 9. contrarium sentierit, si quidem movetur ea ratione quòd non incurrit excommunicationem qui percussit Clericum ob necessitatem proximi defensionem secundum doctrinam Innocentii communiter receptam in cap. Si verò defenserit, ex e. manu. cum liceat, imò quandoque oportet proximum defendere, cap. Diligens, & sentent. excomm. in 6. & c. Quanta inf. à eodem titulo. Quam tamen rationem solum esse in propriis terminis ostendit glossa in dict. Clem. Si furiosus, in verb. Suam; quia irregularitas contrahitur sine culpa, etiam ex merito, ut in iudice iuste occidende cap. 1. 51. dist. & notatur in capite. Inter opera, de sponsal. & docet Dominus Thomas in 2. 2. qu. 40. art. 2. ex communi ratione; imò oportet ut precedat diabolica suggestio Clericum percutiendum c. Si quis iudente, 17. qu. 4. & non incurritur absque peccato mortali, c. Nemo Episcoporum, eadem causa & quæst. Navar. in Man. c. 17. nu. 213. nòd propterea restitit opinionem Fortunii; & hæc est communis opinio, ut alii relatit testatur Marian. Socin. in cap. Ad audientiam, n. 169. sup. eod.

Non obstat demum, quòd absurdum videatur, ut quis incidat in irregularitatem ob necessitatem patriæ, aut parentum defensionem ad quam tenetur de jure nature seu de iure gentium, l. 1. §. Jus gentium, ff. de iust. & jur. adeò ut peccaret non faciendo, cap. Fortitudo, c. nos in inferentia, c. Qui potest, & per totam, 23. qu. 3. c. De occidendis, 23. qu. 5. Silvest. in verb. Bellum, 3. quæst. 2. Respondetur enim eadem obligatione unumquemque teneri ad defensionem proprii honoris & famæ, c. Non sunt audienti, 11. quæst. 3. ubi qui famam contemnant non solum impudentes, sed & crudeles appellantur; & tamen hoc casu eum qui occidit vel mutilat absolutum est irregularitatem incidere; & contrarium asserere, ut ait Navar. loco citato, esset mille decisiones in theoria & praxi receptas sine ratione sufficienti mutare & contra textum ferè expressum in dict. Clement. ubi gloss. recepta ferè per omnes hoc tenet. Et eodem modo videmus testes in certis casibus compelli posse in criminalibus etiam per censuras, Ecclesiasticas ad testimonium ferendum, ita ut propterea peccent, si examen detrectent, c. Super eo, secundum communem intellectum & cap. seq. de testibus cogn. & tamen ex huiusmodi examine contrahunt irregularitatem si sequatur mors aut mutilatio, Navar. in Manual. c. 17. de irreg. num. 212. & generaliter imperium, aut iustum superioris non excusare ab irregularitate habetur in can. aliquantes hic, Qui dàm parent potest. quæ sibi sunt interpretata fuerunt 51. dist. Cum ergo regula sit, quòd irregularis efficiatur qui aliquem interfecit, aut mutilat, nec ab hæc regula reperian-

excepi nisi casus furiosi, infantis, seu dormientis & illius qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat involvorem, ut in dict. Clem. Stadium regulæ, quæmdiu non probatur exceptio, gloss. 1. in cap. Inter hæc, in fin. 32. qu. 2. notatur in l. 1. ff. de reg. jur.

Quamobrem ut concludamus, cum in proposito dubio duo querantur videlicet, an Ecclesiastici possint arma capere pro patriæ & parentum defensione; & an propterea incidant in irregularitatem.

Quoad primum videtur respondendum, Ecclesiasticis licere adesse & hortari ad eum modum quo Sanc. Thom. declarat ubi supra, sed non pugnare manu propria, ut per Abb. hic n. 3. & est textus in dicto capite. Ex multa, §. fin. de voto.

Quo verò ad secundum, si aliquem percussissent licet male fecerint percutiendo, si homicidii aut mutilationis conscientia eos non remordet, non incidunt in irregularitatem. Casus est ad litteram in hæc Decretali, qui non habetur alibi ita clarè, ut dicit Abb. in fine, nam Papa hic consultus de homicidio, respondet de interfectione, per hoc infirmus Clericum non esse irregularem ex eo quòd aliquos percussisset, nisi ex illa percussione aliquis mortuus fuerit, hic ponderat Innocent. in princ. Host. n. 1. in verb. Si de interfectione, Butr. n. 2. Anchar. & Abb. ambo n. 1.

Neque obstat text. in cap. Si ut dignum, §. fin. supra eod. quia procedit tantum in bello iniusto in quo ex solo consilio vel presentia armata contrahitur irregularitas secuto homicidio per alios secundum Abb. hic numer. 3. 177. Sed contra hoc fortiter oppono. Quòd fultis explicat Innocent. in princ. dicens: (in bello iniusto quandoqueque auxilium vel consilium Clericus dederit in mortem alterius vel si culpabilis aut negligens fuerit & ex hoc secuta sit mors irregularis est. c. Quamvis, c. Sept. & c. Si duo 50. dist. Unde si euntes ad bellum inquitum favorem præstent suis, qui propterea securus ladunt inimicos aut terrorem incutiant adversariis non hoc ut fugiant vel non audeant se defendere, si extendit mors secuta sit, irregulares sunt. Verum si quis ad iniustum bellum iret causc impudendum, si ejus presentia aliquid robur accretisset sibi vel timor adversariis, dummodo dolus omnino ablit.) Ita Innocentius dicens hoc probari à contrario sensu in capite. Quamvis 50. dist. & ei subscribit Host. Butr. & alii proxime citari.

At verò si sit bellum iustum, ut in casu huius cap. in quo pugnabatur contra infideles, tunc ex sola percussione etiam cum sanguinis effusione Clerici non incurrit irregularitatem, nisi propria manu occidant aut mutilent, licet per alios secuta fuerit mors aut mutilatio secundum omnes. Sin au-

tem in conflictu non solum percussissent, sed etiam necaverint aut mutilaverint ut cumque bellum sit iustum secuti sunt irregularitatem contraxerint in proposta facti specie, quia necessitas non est inevitabilis ad eum modum quem requirunt Doctores ad irregularitatem incurrandam; nimirum quia non desunt laici qui possint vim hostium propulare secundum Abb. n. 2. & Socin. in 1. notab.

Neque verò habenda est ratio Suarez, tom. 5. de censur. disputat. 47. sect. 6. n. 2. & Saye. lib. 6. de censur. cap. 19. n. 5. & aliorum recentiorum, nam cum asserunt ex homicidio ob necessitatem patriæ & parentum defensionem non contrahi irregularitatem, aut loquuntur in casu, in quo deficiunt laici qui possint vim hostium repellere & admitti potest eorum sententia quia agitur etiam de propria defensione personarum juxta terminos dict. Clement. Si furiosus de homicid. aut loquuntur in casu, in quo laici non desunt; & tunc contra eos itat hæc Decretalis Doctrina Divi Thomæ & unanims Canonistarum sententia.

Itaque hoc casu in quo supponuntur adesse etiam laici, qui possint hostium injurias propulare, possent Sanctissimus Dominus Notter, ut conscientiam Ecclesiasticorum consultum sit imperitri facultatem Collectori Portugaliæ ad tempus sanctitati suæ bene visum, dispensandi ab irregularitate cum Ecclesiasticis qui in casu inevitabilis necessitatis infideles vel hæreticos, defendendo patriam occiderunt vel mutilarunt ejusmodi enim irregularitas est dispensabilis admittit illius que contrahitur ex homicidio ob necessitatem parentum defensionem, ut in subjecta declaratione Sacre Congregationis Concilii, videlicet an Concilium, cap. 7. sess. 24. dum agit de repellendo vim vi à persona, ut irregularitas sit dispensabilis, habeat etiam locum in persona patriæ; sed Congregatio censuit habere locum, nam permissio vim vi repellendi & alium offendiendi pro tutela sui corporis juxta l. 1. vim, ff. de iust. & jur. habet locum etiam pro tutela patriæ vel filii, mariti, vel uxoris gloss. in dicta l. Ut vim, & est communis, ut hic per Jafonem n. 28. & licet gloss. in Clem. 1. de homicid. dicit quòd Clem. volens eum qui mortem aliter evadere non valens, suum occidit involvorem, non esse irregularem; non procedit in parte & filio, sed tantum in ejusdem persona propria; & glossam sequuntur hic Cardin. & Anchar. tamen illud verum, quòd volumus excusare à contrahenda irregularitate, illa enim etiam sine culpa contrahatur & ita d. tum glossa procedit in terminis d. Clem. in casu autem Concilii non agitur de excusando ne irregularitas contrahatur, sed de excusando, ut contrahatur irregularitas dispensabilis, quia vix vi repulsa est; & idèd in Concilio comprehenditur etiam persona patriæ.





DE HOMICIDIO

Gregorius IX.

CAPUT XXV.

Quidam (ut asseris) ad ædificationem Ecclesiæ in adiutorium à Presbitero evocatus, ruens cum laqueari, quod idem Presbiter solvere nitebatur, hac occasione, rebus est humanis exemptus: & infra. Attendentes igitur, quòd sacerdos ipse dabat operam licitæ rei, studuit etiam, quam debuit diligentiam adhibere, circumstantibus, quibus periculum imminerebat, ita tempelivè, & alta voce præmonitis, quòd & intelligere & fugere potuerunt: inquisitionis tuæ taliter respondemus; quòd ob hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos, (qui prævideri non possunt) forsitan non prævidit, non debet quoad officium vel beneficium impediri.

SUMMARIUM.

- 1 **H**omicidium casuale non imputatur ei qui dedit operam rei licite nec fuit in culpa.
- 2 Irregularis an sit Clericus qui puerum per funem demisit in puteum ad res querendas, si puer disrupto fune decidens obierit, ibid. & n. seqq. usque in finem.
- 3 Actus illicitus quando dicitur.
- 4 Homicidium casuale, quando imputatur danti operam rei illicitam.
- 5 Clericus vocans rei mechanicam vel ædificationem; an dicitur rei illicitam operam dare.
- 6 Clericus opus rurale permissum est.
- 7 Irregularis an sit qui in causa fuit ut artificem per rectum incidere, si ille decidens obierit.
- 8 Irregularis non efficitur Clericus equitans, si equus disrupto freno, hominem prætereuntem occiderit.
- 9 Casus non imputatur danti operam rei licitam.
- 10 Irregularitas an contrahatur ex levissima culpa.
- 11 Culpa levissima in committendo transit in culpam levem.
- 12 Culpa tunc est, si omnia facta sunt que diligentissimus quisque observaturus fuisset.
- 13 Homicidium imputatur Clerico ad irregularitatem, si præveniat actus conservandi bona etiam extra propositum.
- 14 Castr. lib. 2. de poss. leg. par. cap. 14. Domin. Sor. lib. 5. de iust. & jur. quest. 1. art. 9.
- 15 Ceterum pluresque visum est hunc Clericum non dedisse operam rei licite, tum quia in cap. ex literis, il secundo supra eod. excusatur Monachus, qui opus mechanicum exercebat, quasi rem necessariam ageret, quemadmodum & hic Clericus rem suam in puteum demersam extrahere satagebat, tum quia in hoc c. Clericus danti operam ædificationi dicitur rei licite operam dare, tum quia bonorum suorum recuperatio nec suapte natura mala est, nec Clericum de decet, licet per aliquod opus extraneum fiat; neque enim vilior est opere rurali, quod Clericus permissum est, iuxta notata in cap. Clericus in sum. 91. dist. 8. cap. Nunquam, de consecrat. dist. 5. & in cap. 1. celebrat. Missar. Tum demum quia Henricus, in sum. lib. 14. cap. 15. ait eum, qui fuit in causa, ut labor lignarius incidere per rectum, ut illud componeret, non esse irregularem, si ille collapsus moriatur, dummodo spontè id operis assumperit & aliis exercere consueverit.
- 16 Itaque cum probabilius videatur hunc Clericum rei licite operam dedisse, secundus articulus superest examinandus, an scilicet in aliqua culpa sit ejus homicidium, quod confectum est; & quidem non esse in culpa videtur suaderi primo quia in cap. Dilectus, supra eodem: quid simile contigit videtur, dum ibi referret disrupto freno quo Clericus fessor equum cohibere nitebatur hominem prætereuntem interfectum fuisse; & nihilominus decidit irregularum factum non esse, quia nec operam rei licite dedit nec ulla culpa præcessit. Quia verò glossa Bernardi ait hic, Clericum equitantiem in culpa non fuisse, quoniam fragile frenum non adhibuerat, sed satis validum, pari ratione Clericus de quo nunc agitur excusandus est, quandoquidem fune novo ac satis firmo puerum colligavit qui in puteum demissus est, nec tenebatur omnium firmissimum adhibere, fecit fortasse se res haberet si parum diligeret devinctus ille fuisset & ob nequa resolutionem in vitæ discrimen adductus fuisset, argum. leg. Item queritur, §. si prima, ff. Locati.
- 17 Deinde hoc ipsum suaderi potest ex c. Joannes supra eodem ubi dicitur, Nos igitur attendentes quòd dicto Sacerdoti quid dabit operam rei licite nihil potuit imputari, si casus omnes fortuitos non prævidit; & eundem habetur in textu nostro hic.

Quid

Quis omnes casus fortuitos qui prævideri non possunt, forsitan non prævidit. Ex his videtur inferri posse, ut cum hic Clericus daret operam rei licite, quamvis non prævidit, imò nec prævidere tenebatur quod postea consecutum est, ab irregularitatis nota liber habendus sit.

Hic tamen non obstantibus videtur respondendum, prædictum Clericum esse irregularem, non me lateo multos sequi opinionem Abbatis qui in c. Quæstio de pen. & remiss. n. 2. ait culpam levissimam non inducere irregularitatem cui subscribit Navar. ibidem Scaili citati à Covar. & ex recentioribus Henricus. Ceterum opposita sententia que placuit gloss. 2. in c. Significasti il primo supra eodem. Host. & Joan. And. ibid. juri valde consona est, præsertim cum contrarie opinionis Autores concedant culpam levissimam in committendo inducere irregularitatem juxta c. consulaisti 3. q. 5. propterea quòd ea transit in culpam levem, juxta gloss. 2. in l. Lege Cornelia, ff. ad Sillan. cum itaque idem Clericus culpam non careat, tum quia firmiorem funem adhibere debuit, arg. l. si servus, §. si ex plastro, ff. ad legem Aquil. tum quia pertrahens prævidere debuit eum qui sursum traheretur onustus periculo obijci, re disrupto fune laboratur, præsertim cum



DE CLERICIS PUGNANTIBUS IN DUELLO.

Cælestinus III.

CAPUT II.

Henricus Presbiter nobis humiliter intimavit, quòd cum laicum quemdam super furto in sæculari placito convenisset, quia testes sui defecerunt, pugilem secundum pravam terræ consuetudinem introduxit, qui reum usque adeò ictibus vulneravit, quòd coactus est expirare. Quia igitur super hoc consulere voluisti, ambiguitatem tuam refectione hujusmodi removemus, quòd tales pugiles homicidæ veri existunt, nec prædictus sacerdos, licet non ipse, sed alius pro eo in duello pugnaverit, debet in sacris Ordinibus ministrare, sicut tradunt sacrorum Canonum instituta. Homicidium autem tam factò, quàm præcepto, sine consilio, aut defensione non est dubium perpetrari, poterit tamen cum eo, circa habendum beneficium misericorditer dispensari.

SUMMARIUM.

- 1 Irregularis est Clericus, si pugil ab eo datus adversarium occidit, dispensatur tamen cum eo ad beneficium.
- 2 Consecutus quòd accusans & accusatus astringitur ad pugnam damnatam est.
- 3 Duellum purgationis vulgaris quibus rationibus reprobatum.
- 4 Potentioribus partes esse non possunt.
- 5 Inæqualitas in iudiciis reprobatum, paritas approbatum.
- 6 Fortitudo nulla sine iustitia est laudanda.
- 7 Duellum purgationis vulgaris, quo jure sit prohibendum.
- 8 Dispensari potest cum homicida voluntario ad obtinendum beneficium etiam in tralium.
- 9 Et an hæc dispensatio sit debita, adeò ut Superior peccet non dispensando.
- 10 Clericus homicida est deponendus & perpetuo detrudendus in Monasterium.
- 11 Verbum potest est facultatis.
- 12 Dispensare non potest inferior à Papa, nisi ex causa magna necessitatis vel necessitatis Ecclesiæ.
- 13 Dispensatio est quædam misericordia.
- 14 Misericordia quid sit.
- 15 Papa in his que sunt juris positivi dispensare potest sine ulla causa & sic dispensati sunt tati quoad Deum.
- 16 Declaratur ibidem, vers. Nihil lex Canonica.
- 17 Dispensare potest cum homicida voluntario etiam Episcopus ad beneficium simplex, sed ad curatam non dispensat nisi Papa & n. 17. usque in finem.
- 18 Dispensare an possit Episcopus cum homicida voluntario ad Fagnan. in V. Lib. Decretal.
- 19 beneficium curatum prius obtentum, ibidem, vers. Et quamvis.
- 20 Et quid ad beneficium non curatum cui sit annexum onus ministrandi in Sacris Ordinibus per se ipsum.
- 21 Et quid si alter beneficium impetraverit in eventum privationis ante accusationem institutam, ib. vers. an auctor Episcopus.
- 22 Homicida voluntarius in Sacris Ordinibus non dispensatur.
- 23 Et quid in minoribus.
- 24 Ordo quilibet in latiori significatione dicitur Sacer.
- 25 Dispensare an possit Episcopus cum occulto homicida etiam in Sacris.
- 26 Homicida voluntarius etiam occultus ex Concilio Tridentino omni ordine, beneficio & officio Ecclesiastico perpetuo carere debet.
- 27 Concilium Tridentinum, c. 7. sess. 14. excludens voluntarium homicidam à spe dispensationis an habeat locum in jam promotò ad Sacros Ordines & n. seqq.
- 28 Dispensationis gradus tres.
- 29 Promovendus facilius repellitur quàm deicitur promotus.
- 30 Concilium Tridentinum nec voluit nec potuit adimere Papam facultatem dispensandi in Sacris Ordinibus cum voluntario homicida.
- 31 Papa an possit dispensare quoad Ordines cum homicida voluntario.
- 32 Ecclesia nunquam dispensat super homicidio voluntario etiam ex mansuetudine & n. 32.

K